



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Virtvtvm Adeptione, Siue De Instrvmentis
Assequendæ Virtvtis libellus R. P. Iacobi Alvarez De Paz
Toletani è Societate lesv**

Álvarez de Paz, Jacobo

Coloniae Agrippinae, 1615

§. 1. De Prudentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46634](#)

120 DE VIRT. PRUDENT.

rationes communes; & rectum iudicium præter legem communem, cùm negotij qualitas ordinarias regulas in sui dispositione non patitur. Hæc omnia rectè & accòmodatè ad Theologicam tractationem dicta sunt. Nos verò, qui virtutum naturas in ordine ad spiritualem vitam brevissimè delibamus, in quinque tantum partes hanc virtutem distribuimus: nempè in prudentiam, discretionem, docilitatem, solicitudinem, & circumspetionem, quas qui assequutus fuerit, non in infimo gradu lucem ad spiritualiter viuendum habebit.

De Prudentia. §. I.

PRUDENTIA est virtus intellectus practici, qua proposito nobis fine virtutis, media ad illum consequendum per consultationem inquirimus, & per iudicium inuenimus, & per præceptum efficax executioni mandamus. Bernardus ex Augustino breuius eam definiuit dicens: *Est cognitio rerum appetendarum, & fugiendarum.* Et ipse Augustinus alio loco ait:

Ber. serm.
de vñlico.

ait: Prudentia est amor, ea, quibus ad- Aug.lib.t.
iuuatur in Deum, sagaciter eligens de lib. ar-
vocat autem eam amorem. non quia a- bit. c. 13.
mor sit, sed quia ad amorem, bonorum, l. de mo-
quibus ad virtutem iuuamur impellit. rib. Ecol.
c. 25.

Incitamenta ad prudentiam sunt:

I. Virtutes aliæ sine prudentia, non
tantum decorem & pulchritudinem
perdunt, sed etiam ex statu virtu-
tum in vitia dilabuntur. Nisi enim
prudenter se habeant, vel à regula sua
exorbitant, vel deficiunt, & ideo
vitium per excessum, vel per defe-
ctum fiunt. Vnde Bernardus: Tolle
hanc, & virtus vitium erit. Ipsaque Ber. ser.
affectionis naturalis in perturbationem 49. in
magis conuertetur, exterminiumq. na- Cant.
turæ. Et Gregorius ait: Nisi virtutes
reliquæ sapientiae & puluis replete, quæ Greg. 2.
operantur, prudenter agant, virtutes mor. 6.
esse nequaquam possunt. 33.

II. Homo sine prudentia, in pe-
riculo casus manifestè versatur, quia
cui lux ista præstantissima intellectus
deficit; cæcus est: necessarioque aut
in loco inuio & periculo securus
ambulabit, & se præcipitem aget,

F aut

122 DE VIRT. PRUDENT.

aut in loco tuto & plano timebit, &
præ timore iter perfectionis non ar-
ripiet. Optimè Laurentius Iustinia-
nus ait: Non potest quis à malo fugere,
Iustini in ligno vita de prudē. & se in bono conseruare, nisi in cunctis,
quæ agit, præsit prudentia; per quam
discernendo cunctas singulasq; valeat
moderari voluntates: ne opinio ver-
pelli fallat, ne decipiatur sermo versutus,
ne quod malum est, bonum; ne quod
bonum est, malum esse credatur.

III. Regnum cælorum, id est, Ec-
clesia, decem virginibus cōparatur,
Mat. 25. 1. quarum quinque erant fatuæ, & quin-
que prudentes. Harum salus pruden-
tiæ tribuitur, quia nimirū acceperāt
oleum in vasis suis cum lampadibus
nam considerantes fidem solam lam-
pade significatam ad salutem nō suf-
ficere, oleum, id est, bona opera (vt
Hila & Hieron. interpretantur Hilarius & Hierony-
mus) habere voluerunt. Illarum ve-
rò dānatio ex stultitia opposita pru-
dentiæ processit; quia sola fide con-
tentæ oleum bonorum operum con-
tempserunt. Magna ergo & summe
necessaria est virtus prudentiæ, quæ
virgines

CAVIT VI.

123

virgines seruat & à damnatione liberat, quatenus media à Deo ad salutem instituta, opere tenenda esse efficaciter dictat.

Actiones Prudētię sunt: I. Finē cotius vitę, sc. beneplacitum Dei & assēquutionem beatitudinis, attentē respicere, & in quocunq; speciali negotio propriū ēt virtutis finē intueri.

II. De medijs ad finē consequendū per diuinā leges consultare, pro luce ad intelligendā diuinam voluntatē orare, diligenti etiam meditatiōne & consilio aliorum vti, ac quēque non multum sibi ipsi fidere.

III. De his, quę in consultatiōnem allata sunt, iudicare, & inutilia ab utilibus, & mala à bonis, considerato statu nostro ac vocatiōne, nec non & viriū mensura secernere.

IV. Ea, quę meliora sunt, & fini, ad quem tendimus, congruentiora, præeligere.

V. Volūtatē, & ceteras animi vires ad ea, quę electione acceptata sunt, operi exequēda efficaciter p imperiū infletere. Vir enim sapientis, fortis est, &

F 2 vir

PROPH. 14. *vix doctus, robustus & validus, qui non
solùm rectè iudicat, & eligit, sed
bona efficaciter perficit.*

Postulatio prudentiæ. Domine
Iesu Christe, magister bone, qui se-
statores tuos ad sinceram prudenti-
am, & prudentem sinceritatem hor-
tatus es, monens eos, ut essent pru-
pentes sicut serpentes, & simplices
sicut columbae; da nobis sedium tu-
arum assistricem sapientiam, quæ no-
biscum sit, & nobiscum labore, ut te
finem ac scopum omnium laborum
nostrorum habeamus, ut ita eos per
prudentiam spiritus moderemur,
ut & tibi placeant, & in omni virtu-
te ac sanctitate promoueant, tibiq;
nos tandem fœlicitatis assequitione
coniungant. Amen.

De discretione. §. II.

Discretio est spiritualis pruden-
tia, qua in his, quæ ad interio-
ra spiritus pertinent, vera à fal-
sis; bona à malis; meliora à minoribus
bonis discernimus; & his repudiatis, illa,
quæ magis conferunt, acceptamus.

Hanc